



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

MATTHAEVM. FO. XIII.

ac dicūt. Tibi cecinim⁹ vobis, & nō falcasīs, lugubria cecinim⁹
 vobis, & nō planxistis. Venit em̄ Ioannes, nec edens, nec bibens,
 & aiunt. Dæmoniū habet. Venit filius hoīs edens ac bibens, &
 dicūt, En hominē comedonē, & vini potorē, publicanis amicū,
 ac peccatoribus, & iustificata est sapientia a filijs suis. Tunc cœp
 pit exprobrare ciuitatibus, in quibus æditæ fuerāt plurimæ vir
 tutes ipsius, quod nō pœnituisent. Væ tibi Chorazin. Væ tibi
 Bethsaidan, q̄niā si in vrbe Tyri, aut Sidonis factæ fuissent vir
 tutes quæ factæ sunt in vobis, olim in sacco & cinere, pœnituis
 sent. Attamen dico vobis. Tyro & Sidoni, tolerabilius erit in die
 iudicij q̄ vobis, & tu Capernaū, quæ es vsq̄ ad cœlum exaltata
 vsq̄ ad inferos detraheris, qm̄ si in Sodomis æditæ fuissent vir
 tutes, quæ æditæ sunt in te, māsissent vsq̄ ad hodiernū diē. Verun
 tamen dico vobis, quod Sodomis tolerabilius erit in die iudicij,
 q̄ tibi. In illo tpe respondens Iesus dixit, Gratias ago tibi pater
 domine cœli & terræ quod absconderis hæc a sapientib⁹ & pru
 dentibus, & reuelaris ea paruulis. Certe pater, sic fuit bona volun
 tas apud te. Oīa mihi tradita sunt a patre meo, & nemo nouit fi
 liū, nisi pater, neq̄ patrē q̄squā nouit, nisi fili⁹, & cuiuscūq̄ voluerit
 filius reuelare. Venite ad me omēs, q̄ laboratis, & onerati estis &
 ego refocillabo vos Tollite iugū meū sup vos, & discite a me, q̄
 mitis sūm, & hūilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris.
 Iugū enim meum cōmodum est, & onus meum leue est.

¶ CAPVT. XII.

I Nillo tpe, ibat Iesus sabbatis per segetes. Discipuli
 C iij.

SECUNDVM

vero illius esuriebant, & cœperunt vellere spicas, & comedere,
 At pharisæi cū vidissent, dixerūt illi, Ecce discipuli tui faciunt,
 quod non licet facere in sabbato. Ille vero dixit eis, Non legistis
 quid fecerit Dauid, cū esuriret ipse, & n̄ qui erant cū illo? Quo-
 modo ingressus sit in domum dei, & panes propositionis ederit,
 quos ipsi non licebat edere, neq̄ ihs qui cum illo erant, nisi sacer-
 dotibus solis. Aut non legistis in lege, quod sabbatis sacerdotes
 in templo sabbatū prophanant, & crimine vacant? Dico aut̄ vo-
 bis, quod tēplo maior est hoc in loco. Quod si sciretis, quid sit,
 misericordiā volo, & non sacrificiū, nequaquā condemnassetis in-
 fontes. Nā dñs est & sabbati, filus hoīs. At progressus illinc, ve-
 nit in synagogā illorū, & ecce homo erat, manū habens aridam,
 & interrogabant illū, dicentes, Licet ne sabbatis curare? ut accu-
 sarent eū. At ille dixit eis, Quis erit ex vobis homo, qui habebit
 ouem vnā, & si ea inciderit sabbatis in foueā, nonne apprehendet
 illā & eriget? Quanto igit̄ præstantior est homo oue? Licet igit̄
 tur sabbatis beneficio afficere. Tunc dicit hoī. Extende manum
 tuā, & is extendit, ac restituta est sanitati, sicut altera. Porro pha-
 risæi egressi, cœperūt consiliū aduersus eū, quō illū perderent, At
 Iesus vbi nouisset, secessit illinc, secutæq̄ sunt eū turbæ multæ, &
 sanauit eos om̄es, & interminatus est illis, ne se facerēt manifestū,
 vt cōplereēt quod dictū erat per Esaiam prophetā, qui ait. Ecce fi-
 lius meus, quē elegi, dilectus meus, in quo sibi bene cōplacuit ani-
 ma mea. Ponā spiritū meū super illū, Et iudiciū gentibus annun-
 tiabit. Nō contentet, neq̄ clamabit, neq̄ audiet quisq̄ in plateis

MATTHAEVM. FO. XIII.

vocē eius, arundinē cōminutā, non confringet, & linū fumigans non extinguet, donec eijciat ad victoriā iudiciū, & in nomine illius gentes sperabūt. Tunc adductus est ad eū qui dæmonio agita bāt cæcus ac mutus, & sanauit illū, ita vt cæcus ac mutus, & loqueret̄ & cerneret. Et obstupuerūt omēs turbe, dicebantq̄. Num hic est ille filius Dauid? At pharisæi cū audissent, dicebant. Hic non eijcit dæmonia, nisi p̄sidio Beelzebul principis dæmoniorū. Iesus aut̄ cū sciret cogitationes illorū, dixit illis. Omne regnū diuisum aduersus sese desolat̄, & ois ciuitas, aut domus diuisa aduersus seipsam, nō stabit. Et si satanas satanā eijcit, aduersus seipsum diuisus est. Quomodo igit̄ stabit regnū illius? Et si ego p̄sidio Beelzebul eijcio dæmonia, filij vestri cui⁹ p̄sidio eijciunt? Propterea ipsi iudicabunt de vobis. Quā si spiritu dei ego eijcio dæmonia, ergo peruenit ad vos regnum dei. Alioqui quomodo potest aliquis intrare domū potentis & vasa illius deripere, nisi prius vincerit potentē, & tunc domū illius diripiet? Qui non est mecum, aduersum me est, & qui nō cōgregat mecum, spargit. Propterea dico vobis. Omne peccatū & conuiciū remittetur hominibus, at cōuiciū in spiritū, nō remitteēt hoibus. Et quicumq̄ dixerit verbū aduersus filiū hoīs remitteēt illi. Qui aut̄ dixerit aduersus spiritū sanctū, non remitteēt ei, neq̄ in p̄senti seculo, neq̄ in futuro. Aut facite arborē bonā, & fructū eius bonū, aut facite arborē viciōsam, & fructū illius viciōsum. Nam e fructu arbor agnoscit̄. Progenies vīperarū, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Siquidē ex abundantia cordis os loquit̄. Bonus ho-

mo e bono thesauro cordis, expromit bona, & malus homo ex
 malo thesauro depromit mala. Sed dico vobis qđ de quocunq;
 verbo ocioso, qđ locuti fuerint hoies. reddituri sūt rationē in die
 iudicij. Nā ex dictis tuis iustificaberis, & ex dictis tuis condem-
 naberis. Tūc interrogauerūt eū quidā e scribis ac pharisæis dicē-
 tes, Præceptor, volumus ex te signū videre. At ille respondens
 dixit illis, Generatio praua & adultera signū quærit, & signū non
 dabit illi, nisi signū Ionæ prophetæ. Quēadmodū em̄ fuit Ionas
 in ventre ceti tribus diebus, ac tribus noctibus, sic erit filius hois in
 corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus. Viri Ninuitæ sur-
 gent in iudicio, cū generatiōe hac, & cōdemnabunt eā, qđ ipsi re-
 siuerint ad prædicationē Ionæ. Et ecce plusquā Ionas est hoc
 loco. Regina Austri surget in iudicio cū generatione hac, & con-
 demnabit eam, quod venerit a finibus terræ, ad audiendā sapien-
 tiā Solomonis. Et ecce plusquā Solomon est in hoc loco. Cū autē
 immundus spiritus exierit ab hoie, perambulat per arentia loca
 quærens requiē, & non inuenit. Tunc dicit, reuertar in domū me-
 am vnde exiui, & cū venerit, reperit eam vacantē, & scopis pur-
 gatā, atq; ornatā. Tuncabit, & adiungit sibi septē alios spiritus
 sceleratiores se, & ingressus inhabitat illic, & fiunt postrema ho-
 minis illius, Peiora primis, sic erit & generationi huic peruersæ.
 Cū autē adhuc loqueretur turbis, ecce mater & fratres eius stabāt
 foris, querentes ei loqui. Dixit autē illi quidā. Ecce mater tua, &
 fratres tui foris stant, quæretes tibi loqui. At ille respondēs dixit
 ei, qui sibi renunciauerat. Quæ est mater mea, aut qđ sunt fratres

MATTHAEVM. FO. XV.

mei? Et protenta manu sua in discipulos suos, dixit. Ecce mater
mea, & fratres mei. Quisquis enim fecerit voluntatem patris mei, qui
est in celis, ipse meus frater & soror & mater est.

¶ CAPVT. XIII.

¶ In die vero illo, egressus Iesus e domo, sedit iuxta
mare & congregatae sunt ad illum turbae multae, adeo
ut ipse nauim ingressus sederet, & vniuersa turba in
littore stabat. Ac dicebat illis multa per similitudines, dicens, Ecce
exiit qui seminabat ad seminandum, & cum seminaret, alia quidem
cecidit iuxta viam, & venerunt volucres, ac deuorauerunt ea,
Alia vero ceciderunt in loca saxosa, vbi non habebant multum ter-
rae, & protinus exorta sunt, propterea quod non haberent profun-
ditatem terrae, cum autem exortus esset sol, exusta sunt, & quia non habe-
bant radicem, exaruerunt. Alia rursus ceciderunt in spinas, & insur-
texerunt spinae, & suffocauerunt ea, Alia vero ceciderunt in terram
bonam, & dederunt fructum, aliud quidem centuplum, aliud vero sexa-
gecuplum aliud vero trigecuplum. Qui habet aures ad audiendum,
audiat. Et aduentes discipuli dixerunt illi, Quare per parabolas
loqueris illis? At ille respondens dixit, Vobis datum est nosse my-
steria regni caelorum, illis autem non est datum. Quisquis enim habet dabi-
tur illi, & reddet abundantior. Quisquis autem non habet, etiam illud
quod habet, tollet ab eo. Propterea per parabolas loquor illis, quia
videntes non vident, & audientes non audiunt, nec intelligunt, &
complet in illis prophetia Esaię, quę dicit, Auribus audietis, & non intelli-
getis, & videtes, videbitis, & non cernetis, In crassatum est enim cor